



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Disputatio Tertia. De Oratoriis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

Pensionatis non recitantibus se habentes, ad solam tertiam partem fructuum dici correspondendum restituendum obligant. Ita viri sapientissimi apud Henricum 2. lib. 13. de Excommunicat. capit. 13. nu. 2. Ubi sic. * Praxis cum sapientum consilio rigorem decreti Lateranensis, & Pii V. ita temperat, ut Parocho, & aliis relinquatur quadam portio, quia cum titulo sustinent onera beneficio annexa (& in Gloss. lit. v.) ut Parochus, seu Episcopus quintam partem fructuum, quæ in die recitationis horarum responderet, restituat in pia opera, reliquas partes retinebit sibi. Ita Frat. Medina, Frat. Lopez, & in generali Soto. Recentiores in prælectionibus, & consulti Penna, Cuenas, Gallo, & colligitur ex Sylvestro, * & infra lit. Z. * Addit. Frat. Medina, & Penna, & prædicti recentiores: Si Canonici omittat Horas, satis est, ut restituat quartam partem fructus pro rata, alii Beneficiarii restituunt tertiam partem. Sed de habente præstimonium solus Frat. Medina obligat restituere omnes fructus diei respondentes, & idem diceret de Pensionario, quia non habet aliud onus, aut officium præter recitationem. At quia onus recitandi his additum videtur accessorie, satis est, ut pro rata restituant tertiam partem, quia cum hac moderatione praxis sapientum acceptavit novam, & rigidam constitutionem Pii V. Reliquas duas partes retinet Pensionarius ob titulum ex causa datum, ut ob sua, aut parentum benemerita in Ecclesiam. * Sic excipit Henricus. Quorum opinionem tutam, & probabilem esse ait Trullenh. in expositione Bullæ Cruciatæ, lib. 3. casu 2. num. 3. Et videntur tenere alii apud Dianam part. 2. tract. 12. resol. 8. & Thomas Sanchez tom. 1. consil. lib. 2. capit. 2. dub. 84. Quibus non dissentit P. Mendon Bull. disp. 34. cap. 2. num. 25. Et novissimè probabilem esse, dicit M. Frat. Antonius Baco Augustinianus in summ. disp. 35. cap. 9. Sed illam nimis laxam vocat Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 32. num. 177. & improbabilem Palasus, ubi supra punct. 7. num. 9. licet alii eam referentes non improbant.

18. Et quidem cum Beneficium sit propter officium, & hoc in prædictis Beneficiariis aliud non sit, quam horarum recitatio, quando hæc deficit, totum officium deficit; ergo & totum pro illa die Beneficium: ergo ad nullam partem fructuum diei correspondentem titulum habet, & consequenter omnes restituere tenentur. Idemque à fortiori de Pensionariis dicendum, quos Pius V. Beneficiariis quoad obligationem restituendi pares esse voluit. Non tamen audeo sententiam Patris Henriquez, & aliorum improbare, maxime cum lex Pontificia, ut ab eo explicatur, acceptata fuerit, & sapientum praxi confirmata, quia sicut leges non acceptatæ non obligant, ita nec aliter quam acceptatæ fuerint. Nec fides tantis Doctoribus negari debet.

19. Pro coronide advertendum est, Pensionarium non initiatum sacris, si efficiatur miles Ordinis Militaris D. Jacobi, Alcantaræ, aut Calatravæ, &c. cum indulto retinendi pensionem, satisfacere obligationi recitandi officium parvum B. Virginis, si orationes Dominicas, & Angelicas à sua Religione præceptas recitet. Quia Pius V. solum obligare voluit, ad recitandum prædictum officium B. Virginis, eos Pensionarios, qui aliàs ad nullas preces adstricti erant. Sic docet Garcia de Beneficiis, 3. part. cap. 1. num. 117. cum Vega, Manuel, Rodriguez, & Petro de Ledesma, quos cum aliis sequitur Bonacina disp. 1. de Horis Canon. quest. 2. punct. 4. num. 2. Quam doctrinam extendi ad Religiosos Societatis Jesu, recitantes orationes solitas in Societate, putat probabile Tancre-

di de Relig. tract. 3. lib. 4. quest. 6. Sed illi non assensunt, quia hi Religiosi ad præfatas orationes adstricti sunt. Neque aliis Doctoribus supra citatis consentiam, nisi Militares, ut potè quibus officium divinum in prædictas orationes auctoritate Apostolica commutatum fuit, ad eas recitandas sub legalitate neantur, quod negat Leander à Sacramento tom. 1. tract. 8. disp. 2. §. 1. quest. 22. dicens, sibi esse certum, non teneri. Et saltem, ut audio, hæc obligatio, licet olim imposita, in desertudinem abiit, vel minimum ab obligatione gravi immunes, communis ordinum militarium sensus sæculares equos conjugatos, quibus pensiones antea Ecclesiasticæ, titulo laicali, ex concessione Pontificis, continebantur, & vulgò jam dicuntur *Carallari*, non tenent ad officium parvum B. Virginis: & hunc effectum illius dispensationis. Sic à viro doctissimo Curia Romana subscripsi legi. Sed verba dispensationis standum censeo: nec aliud esse potest præsumptum, ex quo hujus casus decisio in favorem equis conjugatis, admitti possit.

DISPUTATIO III. de Oratoriis.

QVÆSTIO I.

Utrum virtute Cruciatæ possit quis, sine alio privilegio, in domo privata oratorium erigere, quod ab Episcopo designetur, & approbetur ad celebrandum? ubi an licentiam concedere queat Commissarius Cruciatæ?

S. PRIMUS.

Affirmati-væ sententia Auctores referuntur.

I. Privilegium Bullæ Cruciatæ adeo aliquando præstatur, ut asseruerint, cuiuslibet alicuius Cruciatam licitum esse in domo sua, oratorium erigere, & ab Ordinario approbatione obreta, in eo celebrare, vel celebrari facere. Sic docuerunt nonnulli, quos suppressio nomine refert Trullenh. in exposit. Bullæ, lib. 1. §. 3. dub. 4. nu. 6. Ubi sic. * Quidam existimant, & insinuat Rodriguez, §. 1. num. 4. in Addit. ad §. 5. per illa verba Bullæ, ut oratorio privato possint celebrare, vel celebrari facere, & visitato per Ordinarium, possint celebrare, vel celebrari facere, etiam interdicti tempore: ita tamen quod facta ab Episcopo approbatione oratorii, non sit in ejus potestate impedire, quominus quocunque tempore, ratione Bullæ in eo celebretur. * Sic refert Trullenh.

2. Hujus opinionis antesignanus fuit Doctorum Mag. Dominicus de Soto in 4. disp. 13. art. 3. Ubi præstat quam statuit, licere ex necessitate extra Ecclesiam celebrare, concludit: * Sed præter necessitatem, licet & Minus privilegia: Prædicantibus enim, & Minoribus in dulum est, ut cum altari portatili possint, etiam sine licentia Episcopi, extra Ecclesiam celebrare: ut præ-

ter cap. in his, de Privilegiis. Jam verò modò (attende) per Pontificum diplomata, quibusvis concessum est, ut intra lateres proprios, Missas facere possint celebrare. Atque ubi aliqua necessitas incumberet, nil irreverentiæ tales concessionibus haberent, &c. At verò quod universi, citra delectum, hujusmodi concessionibus utantur, re vera non potest non reverentiam Sacrosancti Sacramenti denigrare, & quandam præferre contemptus effigiem. In primis ergò neque ex privilegio facere licet, nisi in loco decenti: in locis enim, ubi vel mensa, vel lectus sternitur, nisi ob gravem jacentis infirmitatem, ut communionem suscipiat, indecentissimum est, hujusmodi privilegio uti. Imò ut sententiam meam proferam, nisi esset periculosa persona, mallem, ut ceteri, quando eire ad Ecclesias non possunt, die etiam festo, Missam non audirent, quam domi audirent. * Hæc tenus M. Sotus. Quibus ex una parte, ut certum supponit, virtute Bullæ Cruciatæ, quibusvis concedi privilegium habendi oratorium, & in eo celebrare, vel celebrari facere; & ex alia significat, quantum ipsi ejusmodi privilegii usus, citra delectum personarum, displiceat. Sotum sequitur M. Ludovicus Lopez 2. part. instr. cap. 79. §. 1. Superest jam nunc differe- re de gratia concessa in Bulla Cruciatæ. * Ubi licet præfaram licentiam in Bulla contineri existimet, rationabilem tamen causam ad ejus usum requirit. * Et tunc locus ille inquit, mundandus esset, & ornandus, atque præparandus maximè. * De quo dubium non est, cum sit ab Ordinario approbandus, & designan- dus.

3. Horum sententiam sequitur Ludovicus à Cru- ciata Bulla, disp. 1. cap. 5. dub. 1. num. 5. & videtur tra- dere Diana part. 5. tract. 10. resol. 76. Ubi citato Lu- dovico, subnectit, cujus doctrina est valde notanda, &c. * Eprobabilem esse dicit Hieronymus Garzia in Summ. tract. 3. diff. 8. dub. 9. punct. 3. ibi: * Los Au- tores desta opinion son muy graves, y Ludovicus à Cru- ciata demas de ser muy docto, fue Penitenciario de el Romano Pontifice, y assi no se puede negar, sino que esta opinion es probable. * Et esse valde pro- babilem dicit Thomas Hurtado tom. 2. resol. moral. tract. 12. cap. 1. in Digressione de Bulla Cruciatæ, num. 1242. fol. 484. Ubi postquam argumenta commu- nis sententiæ expendit, & ad illa respondit; sic pro- contraria nuper posita concludit: * Fateor, hanc sen- tentiam valde probabilem esse, & tamen in praxi, si velint domini Episcopi illa uti, quia ut dicebam, E- piscopi non dant licentiam habendi oratorium, sed solum Summ. Pontifex, licet ipsi Episcopi approbent, & designent locum honestum, sicut supra ex multis Authoribus ostendimus, quod regularibus non con- cedit Episcopus jurisdictionem, & licentias ad au- diendas confessiones, sed solum Summ. Pontifex, licet ut ille dicatur illas concedere, requiritur tan- quam conditio necessaria posita de novo à Tridenti- no approbatio ipsius Episcopi. * Sic ille, etsi contrariū amplectendum asserat, propter fidelium praxim, & consuetudinem.

4. Denique hanc sententiam tuerentur viri alij do- ctissimi, quos sequitur Castro Palao tom. 4. tr. 25. de Bulla Cruciatæ, disp. unica. p. 6. num. 2. Ubi postquam Latine clausulam ad verbum exserpsit, sic ait: * In hac clausula primò conceditur facultas habendi oratorium privatum; ut cum Henriquez, alijque Neo- theticis notavit Joannes de Salas in explicat. Bulla Cru- ciatæ q. 19. Nam eito id in prædicta concessione non habeatur expresse, manifestè supponitur: tum quia conceditur, ut in privato oratorio tempore interdicti

celebretur: tum ex illa dictione etiam, quam addit Bulla Latina, quæ casum difficiliorem, & magis du- bitabilem exprimit, supponit tamen faciliorem, & minus dubitabilem, qualis extra tempus interdicti. Bulla ergò concedit habenti ipsam, ut possit habere privatum oratorium, & in eo Missas celebrare, vel celebrari facere, dum modò oratorium sit divino tantum cultui deputatum, & ab Ordinario designatum, juxta formam in Tridentino præscri- ptam, & dum eo quis utitur, fundat preces pro u- nione Christianorum Principum, & eorundem contra infideles victoria. * Hæc Palao: pro cujus sen- tentia, ultra citatos adducit P. Henao de Sacrific. Miss. disp. 23. à num. 143. & disp. 30. à num. 205. Martinum de Ledelina, Alfonso Vivaldo, & Hieronymum Llamas in opere de Sacrific. Missæ, disp. 23. à nu. 143. & disp. 30. à nu. 205. Item Lezanam in Summ. verb. Orator. n. 5. & Pasqualigum quæst. 638. de Sacr. novæ legis, n. 4. & eam non improbat Quintanadvennas tom. 1. Sin- gular. tract. 7. singul. 33. Et Henao, ubi supra, tom. de scientia media sol. 463. dicit esse probabilem.

§. II.

Ejusdem sententiæ fundamenta.

5. PRIMUM & præcipuum desumitur ex verbis clausulæ Latine Bullæ Cruciatæ in qua conce- ditur: ut in privato oratorio ad Divinum cultum tantum deputato, ab Ordinario visitando, & de- signando, etiam tempore interdicti, &c. celebrare, vel per alium celebrari facere. * Ex quibus sic confi- citur argumentum. Hoc privilegium est omnino in- dependens ab alio præviæ concessio, vel concedendo, nec sumens Bullam alterius privilegii adminiculo indiget ad hujus usum, ergò virtute Cruciatæ omni alio, circa oratoria, indulto secluso, potest Sacerdos in privato oratorio celebrare, vel celebrari facere: Atqui hoc est impossibile absque oratorio: ergò hoc illi implicitè conceditur in Bulla. Confirmatur, tum quia concessio aliquo, intelliguntur omnia concessa, sine quibus impossibilis est illius usus: tum quia Bul- la non casu, sed à consilio utitur verbis illis de futu- ro, ab Ordinario visitando, & assignando: * quibus Ordinario expresse conceditur, ut visitet, & appro- bet (si decens invenerit) oratorium, ut in eo celebrari possit: ergò etiam si præviæ ad hanc concessionem nullum esset privilegium ad oratorium erigendum, vi Cruciatæ posset quis in domo sua locum decentem extruere, & Ordinarium accersere, ut declararet, an ad Divinum cultum, & Missæ celebrationem idoneus sit; & in eo semel approbato celebrare, vel celebrari facere. Alia privilegium Bullæ nil operaretur, casu, quo illam assumens non invenisset oratorium virtute alterius privilegii præviæ erectum, & approbatum ab Ordinario: & frustra etiam uteretur Pontifex ver- bis illis de futuro: Visitando & assignando, cum potius ad verteret dicere debuisset, in oratorio jam visitato, & virtute alterius specialis indulti approbato, & designato. Ut sic excluderetur exclusus casus, qui in præsentem con- trovertitur.

6. Secundò probatur, quia nullibi prohibetur Episcopis oratoria approbare, sed solum concedere licentiam celebrandi in privatis oratoriis. Hæc enim est, quæ ab Episcopis, & Nuntiis per Paulum V. & Urbanum VIII. in specialibus Brevibus, hac super re editis, revocata, & ablata est. Ergò modo, sicut

V a antea

antea approbationem oratorii concedere possunt, quamvis licentias celebrandi non possint. Sicut licet nequeant concedere facultatem absolventi à reservatis Pontifici, possunt tamen confessarium approbare, ut idoneum ad absolutionem, si ex privilegio aliunde facultas absolventi illi concedatur. Ergo sicut confessario semel approbato, potest quis virtute Bullæ reservata Pontifici confiteri, ita oratorio semel approbato, poterit in eo per se, vel per alium virtute Bullæ celebrare. Confirmatur, nam qui habet privilegium eligendi pro reservatis confessarium approbatum, potest petere ab Episcopo, ut Petrum, v. g. alias virum doctum ad confessiones approbet, & Episcopus potest illum approbare, ut ei approbato subditus confiteatur. Ergo similiter, qui habet privilegium celebrandi in oratorio privato ab Ordinario designando, poterit petere ab Episcopo, ut privatum oratorium ei approbet, & designet, & Episcopus id efficere poterit, quia nullibi invenitur prohibitum.

7. Tertiò: Commissarius Cruciatæ potest concedere licentiam habendi oratorium privatum, & in eo celebrandi, ut constat ex publicatione facultatum Commissarii, quam fieri iussit anno 1642. Illustr. ac Reverendiss. Fr. Antonius de Soto Major, Commissarius Generalis Cruciatæ, vir doctissimus ex Prædicatorum Ordine, & iterato publicavit ejus successores Illustrissimi D. Petrus Pacheco, & D. Joseph González, anno 1664. quæ Hispano idioma circumfertur hoc titulo: * Facultades concedidas por su Santidad al Comissario General de la Cruzada, en todos los Reynos, y señorios de su Magestad. &c. * Inter quas hæc continetur. Item, que podamos dar licencia para celebrar, y hazer dezir Missa en oratorio particular, siendo primero visitado por el Ordinario. * Et in fine: * Lo qual todo mandamos sacar de la dicha Bula original, y Breves, en favor della, por su Santidad concedidos, y en fee dello mandamos dar, y dimos la presente firmada de nuestro nombre, &c. * In quibus verbis clarè & evidenter continetur, Commissarium posse concedere licentiam habendi oratorium privatum, & in eo celebrandi, putant doctissimi viri. Videatur P. Andreas Mendo in explicat. Bullæ, disp. 37. cap. 15. num. 106. Ubi ait: Temerè, & absque fundamento judicaretur oppositum, & in re gravissima fides negaretur tanto viro. * Cui consentit M. Barnabas Gallego in explicat. Bullæ, cap. 14. claus. 14. dub. 182. fol. 199. & seq. Ubi acriter carpit Antoninum Dianam, eo quod oppositum doceat part. 9. tract. 1. resol. 24. Et post ejus impugnationem concludit: * Esta nuestra resolución, conviene à saber, que es cierta, è indubitabile la dicha facultad, tienen comunmente los Autores que escriben sobre la Bula de la Cruzada, que han tocado este punto. (que no todos lo han tratado, por que lo suponiam) Estos, pues, son Alfonso Perez de Lara en el Compendio de las 4 res. grâcias, fol. 59. Egidio Trullenchi. de Bulla, lib. 2. §. 5. dub. 3. Andres Mendo supra, y Juan Valero Monge Cartuxo, en las diferencias de ambos fueros, en la palabra Missa, en la diferencia 2. Ya ora novissimamente el anno de 1651. el muy docto Thomas Hurtado, Clerigo Menor tom. 2. variar. resol. tract. 12. cap. 1. §. 4. lo supone como cosa cierta. Y esta doctrina deuten en senñar todos los que sobre este punto escriuieren. * Hæc M. Gallego: Commissarium autem Cruciatæ non semel concessisse talem facultatem, evidentiissimum est, & non pauci oculares testes deponunt.

8. Ex quibus ad rem nostram sic formo argumentum, ex eo quod Commissarius, ut ipse declarat, possit: * Dar licencia para celebrar, y hazer dezir Missa en oratorio particular, siendo primero visitado por el Ordinario. * Inferunt citati Auctores, quod si prædictam licentiam dederit, poterit quisque in domo sua oratorium erigere, & obtemperare Ordinarii approbatione, in eo celebrare, vel celebrari facere. Atqui Bulla Cruciatæ hæc eandem, & ferè eisdem verbis licentiam fument Bullam concedit, ut constat ex clausula quarta Bullæ Hispanæ. * Que puedan, aun en tiempo de entredicho en oratorio particular senñalado, y visitado por el Ordinario, dezir Missa, & hazerla celebrar, &c. * Ergo virtute facultatis, quam Bulla Cruciatæ concedit, non profus cuique licebit, quod virtute licentiæ, quam Commissarius Cruciatæ concessit. Confirmatur quia Alfonso Perez de Lara refertur à Gallego, Mendo, & aliis pro facultate Commissarii ad concedendum oratorium: cum tamen præfatus Lara solammodo dicat. * El Comissario General tiene facultad de dar licencia para dezir Missa en oratorio particular, quando primero visitado por el Ordinario, y en otras partes. * Ergo cum idem circa oratoria, Bulla Cruciatæ cuique concedat, re ipsa concessum habet, quod Commissarius concedere potest, & consequenter rigere oratorium.

9. Adde, Commissarium non aliunde prædictam facultatem habere, nisi ex citatis Bullæ verbis, ut videtur Thomas Hurtado supra: * Commissarius, inquit, virtute Bullæ habet potestatem dandi licentiam erigendi oratorium, ut praxis docet, sed non etiam habet potestatem, nisi ex verbis relatæ Bullæ. Unde illi credendum est, dum dicit, se posse id concedere. * Quod non improbat Trullenchi in expost. Bullæ, §. 5. dub. 3. numer. 7. fol. 487. dum ait: * Quæ quidem facultas non continetur saltem expresse in Bulla Latina, attamen si Commissarius Cruciatæ utitur facultate, credendum est, id posse. * Nec fundamur ullum habet, quod scribit M. Gallego, ubi supra fol. 201. nimirum hanc facultatem Commissario competere, virtute Bullarum Apostolicarum, & aliorum Brevium. Nec quod asserit Joannes Valero, dicens: * Præfatas licentias celebrandi in privatis oratoriis concedi Commissario Cruciatæ ex specialis commissionis Papæ. * Dixi, non habere fundamentum, quia ut à viro doctissimo accepi, nullum dicitur nec Bulla, nec specialis commissio à Pontifice data, post diligentem inquisitionem in Tribunali Cruciatæ reperitur. Quod etiam ex testimonio Secretarii versatissimi in illius monumentis testatur à viro vix de gravi, & fide digno accepisse eruditissimum Pat. Henao in opere de scientia media, fol. 264. num. 16. Quapropter ex solius clausulæ Bullæ Cruciatæ verbis, hanc potestatem sibi competere Commissarius Cruciatæ censuit & præmissit, ut creditur, doctissimus quoque consilio, ne temerè illam sibi arrogaret, decernit censendum est. Ergo cum Bulla Cruciatæ id concedat fumentibus, quod Commissarius ejus virtute potest, vel negandum oratorium, ut in eo approbato ab Ordinario celebratur, vel asserendum, licentiam per Bullam concessam ad id etiam sufficere.

10. Ex quibus concludi videtur, quod si habens Bullam Cruciatæ roget Episcopum, vel Vicarium, ut locum decenter oratum in domo sua visitet, & ut locum decenter oratum in domo sua visitet, & aptum ad Missam celebrandam declaret: si Ordinarius votis annuat, poterit virtute bullæ in eo celebrari, quia reverè in tali

casu datur quid Pontifex ad usum hujus privilegi requirit. Nec quidquam ex præfata licentia contra bonos mores inferitur, quod æquè non inferatur ex ea, quæ communiter Romæ ad oratoria erigenda conceditur, cum Ordinarius non credatur approbaturus, nec designaturus ad celebrandum, locum vel domum viri ignobilis, seu vilissimi officialis, sed eorum tantum, qui absque indecentia ulli, vel personæ, vel loci, Missam domi celebrare, vel celebrari facere possint. Et hac ratione limitata concessione Bullæ Cruciatæ, & ejus usu, reverentia Sacrosancto Sacramento debita non videtur denigrari. Hanc opinionem explicatam tuerentur non pauci viri docti hac de re consulti, ut testatur Garcia ubi supra part. 3. num. 25. ex quibus ipse concludit iterum. * Y así no se puede dudar, sino que esta opinión es probable. *

11. Addit Ludovicus de la Cruz, & ex illo Diana, ubi supra part. 5. tract. 10. resol. 66. quod si contingat, locum esse decentem, & idoneum ad arbitrium boni viri, & Ordinarius nolit eum approbare, nec facultatem concedere ad celebrandum, potest compelli ad concedendam: quia non potest deservare subditum privilegio à Pontifice sibi concessio, habendi domi oratorium: privaret autem, non concedendo approbationem. Imò qui vellent, inquit, hujusmodi lites vitare, probabile satis videtur, quod licet posset tunc uti prædicto oratorio, & in eo celebrare per se, vel per alium absque facultate Ordinarii, quia supposita decentia, & idoneitate loci ad arbitrium prudentis viri, licentia, seu approbatio justè petita, & injustè ab Ordinario negata, ipso jure intelligitur concessa à Papa. * Hæc ex Ludovico de la Cruz, refert, & amplectitur Diana part. 5. tract. 10. resol. 76. subnectens: * Cujus doctrina est valdè notanda; nam potest etiam deservire in casibus quotidianis, quando Papa concedit aliquibus licentiam habendi oratorium in domo pro celebratione Missæ. * Sic ille. Quibus partim consentit Palao ubi supra tom. 4. tractat. 25. diff. unica, punct. 6. n. 3. dicens: * Quod si roges, quid operatur hoc Bullæ privilegium, si expectanda est Episcopi approbatio, visitatio, & designatio? Respondeo, multum operari, &c. Et præcipue operatur, ut Episcopus sit obligatus, & cogi possit, approbationem concedere, si locus decens est divino cultui deputatus. * Et partim consentit Thomas Hurtado ubi supra, nam cum opinionem Ludovici de la Cruz, & Dianæ nuper positam referat, licet non sequatur, non rejicit, neque impugnatur: Quod in hoc præcipue Doctore signum approbationis est.

§. III.

Auctoris judicium.

12. Cæterum, ut verum fatear, nulla ex opinionibus, quæ virtutis Cruciatæ oratorum erigi posse, concedit, mihi unquam neque ut probabilis arduere potuit. Et sanè prout à Ludovico de la Cruz defenditur, omnes rejiciunt. M. Barnabas Gallego in Bullam Cruciatam, cap. 4. diff. 31. dicit, esse manifestè falsam. * Y así, inquit, se enganno Fr. Luis de la Cruz en su explicacion, diff. 5. cap. 1. dub. 1. donde dice que el que tiene Bula puede compeler, y obligar al Ordinario, y que sino quiere, basta aversele pedido (aunque lo niegue) para poder tener orato-

rium, y decir Missa en el, y oírlo. Pero esta doctrina es manifestamente falsa. * Antoninus Diana sibi contrariatur us part. 9. tr. 1. resol. 23. dicit: * Elle prorsus rejiciendam. * Hieronymus Garcia ubi supra num. 6. valdè dissonam putat, dicens: * P. egunt, si el Pontífice dà facultada los seglares para esto, para que la niega a los Obispos, y a su Nuncio? De que ha de servir prohibirles, que den tales licencias, si los que las piden, pueden tomarla justicia por sus manos? Si el abuso, ò por lo menos la latitud de dar estas licencias en los Obispos, y Nuncio, ha ocasionado al Pontífice para reprimir las, y aun quitarlas? Como se puede entender, que pretende dar en la Bula este privilegio à todos los que la tomarán? Hæc ille, cujus ratio evidenter evincit, fumentem Bullam Cruciatam non posse cogere Ordinarium ad oratorii approbationem: Alias revocatio licentia Episcopis & Nuntio Hispaniæ facta, nullius roboris, & prorsus inanis redderetur: tum quia possent à subditis cogi ad approbandum oratorium: tum quia, si rennerent, posset quisque prudens sibi approbare: undè esset bellum justum ex utraque parte, altera justè petente approbationem, altera justè negante. Et majora inconvenientia inde pullularent, quam timeri possent, si Illustrissimi Nuntius, & Episcopus has licencias concederent. Cum ex una parte oratoriorum numerus non minueretur, & ex alia dissensionibus, & litigiis frequens daretur occasio: facile enim quique in propria causa judex pro sui oratorii decentia, & decenti ornatu judicaret, nec Episcopi prohibitionem, censuraque timeret, cum se privilegio Pontificis, cui Episcopus derogare non potest, protectum existimaret. Ergò præfata opinio à Ludovico de la Cruz, & à nonnullis defensata, omni probabilitate destituta est: ac proinde habens Bullam Cruciatam, dum oratorium ab Ordinario approbatum, & designatum non fuerit, nullatenus poterit in eo celebrare, vel celebrari facere, quamvis decenter ornatum habeat.

13. Majorem probabilitatis speciem habet opinio Clerici Minoris, Hurtado, prout supra proposita, & propugnata, scilicet pro casu, quo Nuntius, vel Episcopus, aut alius Ordinarius approbaret locum, & ornatum Oratorii, & sufficientes ad Missæ celebrationem declararet, posse habentem Cruciatam in eo celebrare, vel celebrari facere. Non quidem virtute licentiæ à Nuntio vel Episcopo obtentæ, quam supponimus tanquam certum, eos non posse, post Breve Pauli V. concedere, sed ratione Privilegii in Bulla Cruciatâ contenti.

14. Unum ego in hac parte certum reputo; quod si Ordinarius, Nuntius, vel Episcopus hodie posset ejusmodi approbationem facere, ea facta, cuique habenti Cruciatam, liceret in oratorio sic approbato celebrare per se, vel per alium. Hoc enim privilegium expresse continetur in Bulla. Undè si Episcopus sequeretur opinionem asserentem, posse oratorium approbare, & illam ad praxim reduceret; posset quivis virtute Cruciatæ in illo celebrare. Ita Garcia ubi supra, dicens, hoc esse probabilissimum, & praxi aliquando deservire posse. * Pudeat servir de consuelo pata algun caso repentino importante. * Cæterum certissimum existimo; revocationem facultatum ad oratoria à Paulo V. factam, non magis comprehendere licentiam celebrandi in Oratorio, quam illud approbandi, & declarandi aptum ad celebrandum. Moveor, quia in Hispania, & in aliis hujus Monarchiæ Provinciis, & Regnis, ubi concessio Cruciatæ locum habet; facultas à Nuntis, &

Episcopis olim exacta, non requirebatur ad celebrandum in Oratoriis approbatis, & designatis, sed ad erigenda oratoria, & ut erecta approbarent, & ad divinum cultum designarent, quia ad alium effectum nemo illa indigebat. Sicut Regulares solam approbationem ad confessiones ab Episcopis exigunt; non licentiam, & jurisdictionem ad absolvendum, qua virtute suorum privilegiorum potiuntur: hanc enim ab Episcopis obtinere non curant, quia ea non indigent. Ergo si Paulus V. ad virandam Oratoriorum latam licentiam, hanc facultatem approbandi non revocavit; oleum, & operam perdidit, cum facultatem reliquerit, cujus tantummodo usum habentes Cruciatam requirent; & obtinere curabunt, quia in Oratorio ab Episcopo approbato, possunt virtute Bullae celebrare.

14. Urgetur, quia finis revocationis facultatum fuit, Oratoriorum numerum minuire, & ut Nobilioribus tantum, vel ex causa infirmitatis concederentur: quod solius Sedis Apostolicae iudicio remittendum voluit Pontifex, ideoque ejusmodi concessionem sibi reservavit; quod frustra fecisset, si ex una parte Nuntiis, & Episcopis facultatem approbandi Oratoria reliquisset, & ex alia omnibus fumentibus Bullam, licentiam concederet celebrandi per se, vel per alios in Oratorio approbato. Ergo ut reservatio Pontificis subsistat, unum e duobus necessario asserendum est, aut quod Ordinariis, & Nuntiis revocata sit facultas approbandi Oratoria, aut quod in Bulla Cruciatæ privilegium celebrandi in Oratorio approbato non continetur: hoc secundum dici non potest, cum in Bulla sit expressum, ergo primum necessarium asserendum est. Non video solutionem. Ideo jure optimo P. Henao in opere de scientia media historice propugnata, fol. 463. n. 1676. cum Pasqualigo tradit, post decretum Pauli V. fuisse impeditam potestatem designandi, & approbandi Oratoria, qua antea Episcopi potiebantur. Et inferius n. 1678. subnectit, per decretum etiam Urbani VIII. ablatam esse, & ita Dominos Episcopos existimare.

§. IV.

Fundamentis contrarie sententiae sit satis.

15. Ex dictis fit, virtute Bullae, solum licere celebrare in Oratoriis, in quibus alias, virtute aliquis privilegii, permixtum erat, sicut & in aliis Ecclesiis, seu Monasteriis. Idque satis constat ex ipsius Bullae Latinae clausula, ibi: * Ut anno durante possint in Ecclesiis, in quibus alias divina officia, interdicto durante, quomodolibet celebrare permixtum fuerit, vel in privato Oratorio ad divinum cultum tantum deputato, ab Ordinario visitando, & designando, etiam tempore interdicti celebrare, &c. * In quibus ly *permixtum fuerit*: ad verba etiam subsequenter refertur: & forsitan ex eo, quod utriusque partis orationis idem sit sensus, in Bulla Hispana illud *permixtum fuerit* omittitur. Et solum dicitur: * Que puegan, aut en tiempo de entredicho Apostolico en las Iglesias, y Monasterios, o Oratorio particular sennalado, y visitado por el Ordinario dezit Missa, &c. b Ubi etiam notandum verba illa futuri temporis, *visitando, & designando* in Bulla Hispana a Commissario in praeteritum verti: *sennalado, y visitado*, ut confusionem, quam generare poterant, au-

ferret. Ideoque ex illa Grammatica, nulli in favorem sententiae contrariae deduci potest, cum idem praeferat sicut ex eo, quod concedat Bulla facultatem celebrandi in Monasteriis, inepte inferretur, concedere assumentem Bullam facultatem erigendi Monasteria; ita similiter ex eo, quod concedat, celebrare in Oratorio privato, inferri non potest, haberi Bullam concessum esse, Oratorium erigere, sed solummodo in jam erecto, & approbato; sive virum specialis indulti in posterum designando, & approbando celebrare. Et forsitan, quia ad designandum, & approbandumque, mens Pontificis extenditur, ideo Bulla Hispana verbis de praeterito utitur, & Bulla Latina de futuro, ut utrumque tempus hanc concessionem respiciere, modo supra explicato denotetur. Et dictis responsum manet primo argumento. Secundo vero jam satisfactum est, dum probavi, facultatem etiam approbandi Oratoria revocatam esse.

16. Ad tertium de facultate Illustrissimi Commissarii: respondeo, illum minime habere potestatem concedendi licentiam habendi Oratorium, solum eam, quam Bulla cuilibet assumentem concedit. Quod si aliquando Commissarii praedecessores illam concesserunt, id ex apparenti facultate, vel opinione aliquorum ducti, fecerunt. Sed revera minime possunt praedictam licentiam concedere. Et ita declaravit Gregorius XV. anno 1622. in Epistola de qua mandato scripta per Eminentissimum Cardinalem Ludovisium ad Illustrissimum Nuntium Hispanicum, ut Commissario Cruciatæ intimaretur, quae talia in Hispaniam fideliter verba, sic se habet: * Muy illustre, y Reverendiss. Sennor, Nuestro amor ha hecho ver, si el Patriarca de las Indias tiene libertad de conceder Oratorios particulares, despues de la revocation hecha del Papa Paulo de feliz memoria, y se ha hallado, que en virtud de la Bulla de la Cruzada, no se pueden conceder Oratorios particulares, y que esto mismo se intento tambien en tiempo del Papa Paulo. Mas estudiada diligentemente la controversia de orden del mismo Pontifice de buena memoria, del Cardinal Lanzeloto, del Sennor Cardenal de Santa Sulanna, y de Monsennor Maradi, entonces Datario, se resolvió, que no se podia. Lo mismo ha ordenado su Santidad, que el mismo a V. S. para que haga entender a Monsennor Patriarca, (tunc Commissario Cruciatæ) que son ningunas las gracias que ha hecho, y que para en adelante se abstenga. Nuestro Sennor guarde a V. S. de Roma 20. de Mayo de 1622. de V. S. afectuissimo, como hermano. Ludovico. * Hanc praefata Epistola, cujus transumptum ego vidi, & ex illo fideliter excerpsi.

17. Et novissime hoc idem declaravit Sanctissimus noster Clemens Nonus in litteris, sub anno Piscatoris, datis Romae die 28. Octobris, anno 1668. ad Illustrissimum Dominum D. Antonium de Benauides, Commissarium Generalem Cruciatæ recens promotum. Ex quibus haec fideliter descripsi. * Summa cum animi letitia, nunc accipimus te, sapientissimo piissime Reginae judicio, maxime dignum existimari, cui gravissimum Commissarii Cruciatæ munus obeundum committatur. Quod idem & Nos omnino censuimus, & unice probamus, pro certo nimirum habentes existimari, & praestantem virtutem tuam hujus officii tanti partibus omnibus egregie satisfacturam esse, neque locum ullum inconvenientibus, & praedictis relinquantibus quibus ex Antecessoribus tuis nonnulli sine jurisdictione sua pre-

Q V Æ S T I O II.

*Vtrum finito tempore, pro quo indul-
tum Oratorii concessum fuit, liceat
virtute Cruciatæ in eo celebra-
re, vel celebrari
facere?*

S. I.

Doctorem Placita.

1. **Q**uestionem hanc pauci artigere, & potius supponentes, quam disputantes Doctores communiter minimè licere putant. Nihilominus partem affirmativam, ut veram, nullo pro contraria auctore citato, defendit Thomas Hurtado ex Clericorum Minorum Familia tom. 2. resol. moral. tract. 12. cap. 1. in digressione de virtute Bullæ, num. 2177. fol. mibi 471. ubi inquit: *An si Summus Pontifex, aut eius Nuntius concedat privilegium ad celebrandum in Oratorio privato domus, si fuerit prius examinatum de decenti ornatu, & approbatum; si moriatur persona, aut alio divertatur; maneat tamen Oratorium in eadem decencia, ac antea, possit quilibet Sacerdos habens Bullam Cruciatæ in illo celebrare, sine alia speciali licentia? *En in terminis casuum, citi post alia, circa Oratoria, responderè à n. 2243. §. 5. per hæc verba: *In Oratorio sic semel approbato, semper inest approbatio & de illo dico, quod quamvis in domo, in qua situm est, habitent diversi moratores, quilibet potest, ratione Bullæ Cruciatæ celebrare, si sit Sacerdos; & si laicus, facere celebrare. Probatür primo. Quia licet privilegium habendi Oratorium privatum concedatur à Pontifice, & erigatur ab Ordinario, tanquam privilegium personale, & c. tamen approbatio semper manet, quæ primario respicit personam, cui concessum est privilegium, & secundario respicit locum approbatum, qui si maneat in eadem decencia, & non transeat ad prophana, semper manet dicatus divino cultui, ex vi prioris approbationis, & ita semper manet approbatum, nam approbatum semel, semper manet approbatum, manentibus circumstantiis, sub quibus approbatum fuit: I. Pomponius, ff. de Negotiis gestis, Glossa cap. cum Vint. de elect. Verb. Admiserunt. Sequitur Barbosa ibi num. 3. Surdus consil. 351. n. 41. & est axioma in iure communi. Quare solus Princeps potest reprobare, quod semel approbatur, quod si expresse non reprobet, censetur semper approbatum. *Hactenus Hurtado. Itaque juxta præfatum Doctorem, cum in Bulla Cruciatæ concedatur absolute, & absque limitatione celebrare, vel celebrari facere in Oratorio designato, & approbato ab Ordinario: & semper ut ipse putat, maneat approbatum, dum in eadem maneat decencia, semper licebit virtute Bullæ Cruciatæ in eo celebrare, licet persona, cui privilegium Oratorii concessum fuit, mortua fuerit, vel domicilium mutaverit.

2. Hanc conclusionem, rationis auctoritate desumpta probat Hurtado, quia sicut neque approbatio Oratorii ab Ordinario, in ordine ad celebrandum, ita se habet approbatio Confessoris in ordine ad electionem pro absolutione reservatorum: eodem enim

V 41

tenore

sua prætergressi, Pontificia sollicitudini, causam justam exposcunt, non raro præbuerunt. Quæ ne temporibus transcurrant, quamvis verendum non sit, tamen ut à te summo opere petamus, cum rei gravitas, tum etiam debita Pastoralis providentiæ cura profecto facit. Sed omni planius ex Venerabili Fratre Patriarcha Alexandrino Nuntio nostro coram intelliges. *Ex his autem, quæ prædictus Illustrissimus D. Commissarius Cruciatæ ab Illustris. Nuntio coram intellexit, principale fuit, ne in posterum Oratorii erigendi privilegium concederet. Sic accepi ab ipso Illustrissimo Domino D. Antonio de Benavides, Commissario Generali Cruciatæ, Id ergo, in quo Domini Commissarii Antecessores sine sue jurisdictionis prætergressu, censentur, & declarantur à Summo Pontifice, est concessio privilegii Oratorii. Quapropter huiusmodi facultate non potiri, omni dubio procul tenendum est.

18. Vide etiam Barbosam de Iure Eccles. tom. 2. lib. 2. cap. 8. n. 16. §. *In his privatis Oratoriis. *Ubi adducit declarationem sacre Congregationis Card. rescriptis ad Archiep. Bonon. sub die 10. Martii, anno 1616, licentias celebrandi in privatis Oratoriis, non nisi à Sede Apostolica esse concedendas, solique Romano Pontifici esse reservatas. Quapropter non levi fundamento, (etiam supra adductæ Epistolæ Emin. Card. Ludovici, in fine) hanc facultatem Commissario negant Quintana duennas tom. 1. tract. 7. singul. 33. n. 7. & Diana p. 8. tract. 1. resol. 24. & dubiam esse scripserat M. Joannes Martinez de Prado tom. 1. cap. 6. quæst. 1. n. 14. *Quia non habetur, inquit, in Summario Hispano, nec Latino, nec profertur diploma Pontificis, in quo sit concessa. *Cæterum, ut ex dictis constat, non jam dubia, sed absque dubio, in Cruciatæ Commissario non concessa, aut jam revocata, si aliunde ei competeat, censenda est, quia certissime sublata esse, nobis constat ex litteris SS. N. Clementis Noni, supra datis. Credo tamen, non levi fundamento dici posse, olim virtute Cruciatæ, Commissarium illam concedere potuisse, quia in Bulla Latina Pauli V. & Gregorii XIII. concedebatur habenti Bullam *celebrare, vel celebrari facere in Oratorio privato, dummodo sit approbatum ab Oratorio, & habeat facultatem Commissarii Cruciatæ. *Quæ verba in Bullis subsequentibus post revocationem licentiarum huiusmodi à Paulo V. factam, sublata sunt, quia illis forsan Theologi innixi facultatem Commissarii propugnabant. Per quæ satis intelligitur, non minus Commissario, quam Archiepiscopis, & Episcopis prædictam facultatem revocatam fuisse, & soli Pontifici reservatam.

19. Ex quibus concluditur, virtute Cruciatæ neminem posse Oratorium erigere, ut in eo approbato celebret, vel celebrari faciat, nec Commissarium Cruciatæ posse indultum concedere. Sed solius Summi Pontificis esse ejusmodi indulta impertiri. Quæ spero in dies non concedenda, nisi iustis de causis per Ordinarium loci prius examinandis, ut ni preces veritati nitantur, nulla sit concessio.

Aliter enim abusus aditum præcludere
difficile censeo.

tenore verborum loquitur Bulla in utroque casu. *atqui semel approbatus ad audiendas confessiones, quamvis inuter locum domicilii, & Diocesis, manet semper eligibilis ab habente Bullam, &c. Consequenter ergo Oratorium semel approbatum potest eligi à quacumque persona habente Bullam, quamvis ad plures petitionem non approbatum, ut in illo celebretur, vel faciat celebrare: quia privilegium celebrandi in Oratorio approbato sequitur personam habentem Bullam. *Sic ille.

3. Ideo hanc sententiam amplectitur, etiam Mastarennas *tom. 1. de Sacram. tract. 5. de sacrific. Missæ, disp. 5. cap. 5.* Ubi ex eisdem principiis illam suadere conatur: *Quod verò, inquit, possint saculares clerici celebrare virtute Cruciatæ, patet. Quia supposita approbatione Oratorii facta ab Ordinario, concedit Pontifex in Cruciatæ facultatem celebrandi in illo Missam, quin aliquam apponat limitationem, ut tradit Diana *p. 4. tract. 4. resol. 76.* Trullench in *expositione Bullæ Cruciatæ lib. 1. §. 3. dub. 4. n. 11.* Fr. Manuel Rodriguez in *Addit. ad Bullam Cruciatæ, §. 5. n. 4.* ergo cum Pontifex in Cruciatæ nullam apponat limitationem, sed solum requirit approbationem ab Ordinario factam, rectè requiritur, posse saculares Clericos in tali Oratorio Missas celebrare. *Sic ille, supponens approbationem Oratorii permanere, etiam si privilegium in illo celebrandi, (sive quia pro determinato tempore sit concessum, sive quia persona decesserit) finitum fuerit. Confirmatur, quia approbatio Oratorii est quasi sententia de loci decentia ad celebrandum, sicut approbatio Confessoris est quasi sententia de ejus sufficientia, & idoneitate ad confessiones audiendas, ut benè tradit Card. de Lugo *rom. de penit. disp. 21. num. 49. & sequentibus*: atque adeo si- cut privilegium Cruciatæ sufficit ad eligendum confessorium approbatum, licet aliunde nullam habeat licentiam, seu jurisdictionem ad audiendas confessiones: sic privilegium Cruciatæ sufficit ad celebrandum in quocumque Oratorio approbato ab Ordinario, licet nulla aliunde sit licentia celebrandi in illo, quia hæc conceditur habenti Bullam Cruciatæ, non minus quam illa; cum æquè, & eodem tenore verborum concedatur, ut dixit Hurtado *suprà*. Et arguetur, quia Sacerdos approbatus pro tempore determinato, potest etiam, eo transacto, eligi virtute Bullæ, ut docent Sebastianus de Acoſta, & M. Petrus Fay, quos sequitur Diana *r. p. tract. 11. de Bullæ, resol. 11.* ergo Oratorium transacto tempore præfixo. Hæc consequentia, admissio antecedenti, rem concludit.

4. Hanc sententiam videntur confirmare fundamenta, quibus Doctores alii propugnant, virtute Bullæ Cruciatæ posse celebrari in oratoriis privatis, etiam in diebus exceptis, quibus Summus Pontifex concedens indulgentiam oratorii, id prohibet, v.g. in die Pentecostes, in Nativitate Domini, Epiphania, Ascensione, &c. ut constat ex illorum verbis. Doctissimus M. Barnabas Gallego in *explicati. Bullæ Cruciatæ, cap. 4. claus. 4. dub. 37. fol. 25.* Los senno res Obispos no podiã licitamente prohibir à los Sacerdotes que tienen Bulla, que no digan Missa en oratorios particulares la fiesta de Pentecostes, Natividad de nuestro Señor Jesu Christo, & otros que suelen exceptuar los privilegios de Indultos: ni tampoco à las personas que tienen Bulla, que tales fiestas no oyan Missas en los oratorios dichos, visitados, & señalados por el mismo Ordinario. Y si a los unos, y a los otros se lo prohibieren, no tienen obligacion de obedecerles en concieotia, sino usar de lo que la Bula de la Cru-

za da les concede, lo qual como el Papa es quod concedere, ninguno utro inferiora el puede prohibir, que no se use, y se goze de lo en ella concedido. Esta dnda la tratan muy pocos Autores antiguos, & propios terminos; y si se ponderan bien las palabras de la Bula, deben tener nuestra resolucioñ todas las Doctores, &c. Fr. Manuel Rodriguez toco esta resolucioñ en las Adiciones à la Bula, §. 3. &c. Tiene tambien nuestra resolucioñ en terminos propios Trullench de Bulla, lib. 1. §. 3. dub. 4. Luis de la Cruz de Bulla, disp. 1. cap. 5. dub. 1. Bardi de Bulla, tract. 2. cap. 4. Diana part. 4. tract. 4. resol. 76. Quintanar *rom. 1. tract. 7. Singular. 33.* *Hactenus M. Gallego.

5. Eadem fere invenies, apud Aegidium Trullench ubi *suprà num. 1. & 2. ibi*: *Vigore indulgentiarum concedentis oratorium solum licet cum limitationibus, & conditionibus contentis in octavo capitulo celebrare, at supposita oratorii approbatione, & concessione, videtur concedere Pontifex per Bullam Cruciatam, ut possit in eo celebrari abique limitationibus *suprà dictis* (id est quocumque die anni, & lo excepto, ut cum Rodriguez, & Ludovico de la Cruz tenet ibidem, & constat ex ipsa Bulla Latine eo quod talis licentia absoluit, & sine tempore, & personarum differentia, in Bulla conceditur. Sic etiam Parochus, ex vi suæ approbationis, solum potest suas oves absolvere, at supposita approbatione de habente Bullam eligatur, potest alenas, non vigore suæ approbationis, (id est, jurisdictionis) sed quia supposita approbatione, Papa per Bullam jurisdictionem confert; sic in hoc casu, etiam nunc Oratorio approbato solum potest stricte, & limitate celebrari, & audiri Missa virtute approbationis, id est, potest Pontificis Oratorium concedens, at supposita ea approbatione, per Bullam Papa de novo confert absolute licentiam celebrandi, & audiendi Missam. *

6. Aegidii mutuatis verbis, idem tradit Diana *p. 4. tract. 4. resol. 76.* licet concludens: *Igitur, ut dictum est, licet in Oratorii privati approbati ab Ordinario non possit celebrari, nisi cum limitationibus appositis à Pontifice in eorum licentia, tamen supposita dicta approbatione, vigore dictæ licentiæ, potest per Bullam Cruciatæ, absolute in illis, quæ celebrare potest, & Missam audire, quod est valde notandum à confessoribus. *Sic ibi: Quæ iterum respectu tract. 1. de Oratorii resol. 5. Ubi refert, & sequitur Bardi ex eodem principio inferentem ex vi Bullæ non solum unam, sed plures Missas pluribus Sacerdotibus eadem die in Oratorio privato celebrari posse. Quia licet Breve Apostolicum, concedens Oratorium, limitet ad unam dumtaxat Missam, quæ libet die (ex non exceptis) celebrandam, tamen non tollit, quin per aliud privilegium, quale est privilegium Bullæ Cruciatæ, in quo non reperitur restrictio, possint plures eadem die Missas celebrare. *Cui quoad utramque partem assentitur Quintanaduenas ubi *suprà* citatus à M. Gallego, & sequitur: *Licet ex virtute indulgentiarum solum Missa quoties citatur in privato Oratorio unica solum Missa quoties citatur, & nec unica diebus exceptis, sicut in Regulari, &c. nec à Regulari, sine sui Prælati licentia, omnia hæc ex Cruciatæ licentia, eo ipso, quod supponatur Oratorii privilegium à Papa, vel ejus Nuntio concessum, & ab Ordinario approbatum, hoc enim non prohibetur in Cruciatæ, Sic Rodriguez, Henriquez, & Trullench. *Quibus non contradicunt ad hæc Dicatillo *tom. de Sacram. tract. 5. disp. 21.*

Missæ, disp. 5. dub. 4. n. 59. ubi ait: * Qui habet privilegium à Papa, ut contingit in Bulla Cruciatæ, etiam in diebus, qui excipi solent in concessionibus Oratoriorum, ut sunt dies Paschæ, Pentecostes, &c. licet celebrare, & audire sacrum. * Sic ille, & est hæc communis sententia Doctorum.

7. Ex quibus pro Hurtado, & Mascarenhas inferatur argumentum. In concessione Oratorii ad celebrandum, non minus excluduntur dies, ubi expressi, quam tempus subsequens mortem personæ, cui facta est concessio: sed quia in Bulla conceditur facultas celebrandi in Oratorio approbato ab Ordinario, licitum est in illo celebrare, etiam in diebus expressè exceptis: ergo licitum etiam erit in tempore subsequenti mortem personæ, cui concessum est.

8. Hæc sunt fundamenta, quibus Doctores citati nituntur, & quibus alii etiam doctissimi à me consulti hanc sententiam probabilem putant. Ex quibus inferri videtur, absque nova Ordinarii approbatione, licitum esse virtute Bullæ Cruciatæ, in loco pro Oratorio semel approbato celebrare, etiam si ornatas, sub quo antea fuerat approbatus, defecerit: dummodo, qui de novo inducitur, & pro alio subrogatur, fuerit a libali Ordinario decens iudicatus ad celebrandum. Nam cum locus, & altare ad usus profanos non transferunt, semper manent cum eadem approbatione, & designatione ad divinum cultum: reliqua verò paramenta, & ornatus de novo subrogata, cum alteri Oratorio ad ornatum inferuntur, & ut decencia approbata fuerint, sufficientem approbationem retinent. Sic tenent expressè P. Quintana de venas tom. 1. tract. 7. singul. 32. n. 4. & viri alii ex primis huius sæculi, quos consului.

§. II.

Vera sententia.

9. Contrariam nihilominus sententiam communem inter Doctores propugno, quam adeo certam omnes iudicant, ut in disputationem adducere neglexerint. Probatur primo ex communi fidelium praxi, qui finito tempore concessionis, seu mortis personæ, cui licentia Oratorii facta fuit, aut novam requirunt, aut Oratorii locum ad profanos usus destinant, & eo in posterum ad celebrandum uti non audent.

10. Secundo probatur à priori, quia ut fatetur Hurtado supra, Princeps potest reprobare, quod semel approbavit, ut constat ex l. sed & reprobat. ff. de munerib. & honorib. Sed Pontifex reprobat Oratorium finito tempore concessionis; quia solum approbat pro vita personæ, cui indultum concedit, ergo hoc tempore transacto, nequit virtute Cruciatæ in illo celebrari. Confirmatur, quia Bulla requirit, quod Oratorium maneat deputatum, & designatum ad cultum divinum; atque Pontifex, & ex ejus mandato Ordinarius, solum deputat, & designat pro tempore indulti, ergo eo elapso, nequit virtute Bullæ in eo celebrari.

11. Tercio probatur, paritate desumpta ab approbatione confessorii, cui præcipue innititur contraria sententia. Nam approbatus ad confessiones cum limitatione ad tempus, non potest, eo transacto, confessiones excipere, ex defectu approbationis, ut docet communis sententia, quam tenent Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 28. sect. 7. n. 19. Vazquez ibidem quæst. 93. art. 3. dub. 5. n. 4. Navarrus in Sum. cap. 4. nu.

10. & 11. Et Diana 3. p. tract. 2. de Dubiis Regul. resol. 25. Unde fit approbatum ad confessiones pro uno anno, eo elapso, non potest eligi virtute Cruciatæ, ut bene docent M. Ludefina, M. Nunno, Henriquez, Joannes Gutierrez, Ludovicus de la Cruz, & alii, quos citatos sequitur M. Barnabas Gallego in Bulla, cap. 9. claus. 9. dub. 91. folio 76. eo quod Bulla solum concedit facultatem eligendi approbatum. Ergo cum Pontifex solum concedat facultatem approbandi Oratorium pro tempore limitato, eo transacto, virtute Cruciatæ in eo celebrari nequit. Consequentia est legitima. Quod autem ita approbetur, evidentissimum mihi est, quia Pontifex non magis extendit approbationem, quam licentiam celebrandi, ut ex ejus tenore constat, nec aliam esse ejus voluntatem, potest verosimiliter præsumi: alias quodlibet Oratorium semel ex causa nobilitatis, & infirmitatis concessum, perpetuam quandam ratione Bullæ Cruciatæ sortiretur, quo ignobiles, & vilissimi quique prohibito, nulla requisita licentia, uti liberè possent, & brevi tempore, vilium etiam personarum domus in Ecclesias converterentur, non levi Christianæ Religionis, & divini cultus iactura. Quod juxta Pontificis mentem esse, nunquam mihi suadere potero.

12. Ex his ad fundamenta contrariæ sententiæ respondeo. Ad primum falso niti principio, quia elapso tempore in indulto Pontificis expresso, non manet approbatum Oratorium, atque adeo virtute Bullæ solum est eligibile ad celebrandum intra tempus præfixum.

13. Ad secundum, concedo approbationem oratorii in ordine ad celebrandum eodem modo se habere, ac approbationem confessorii in ordine ad confessiones. Inde verò nil pro adversariis inferitur, quia utraque potest esse pro tempore limitato, & talis de facto est, quæ in indulto oratorii conceditur.

14. Ad tertium, de facultate celebrandi virtute Bullæ in oratorio, in diebus in indulto exceptis, respondeo, pro his non limitari approbationem, alias novam postea accedere, necessarium esse: sed solam licentiam celebrandi in tali oratorio approbato; ac proinde, diebus etiam in indulto exceptis, licitum esse virtute Cruciatæ celebrare, vel celebrari facere; nam cum approbatum maneat pro tempore præfixo, nempe ad vitam ejus, cui concessum est, toto eo manet eligibile virtute Bullæ: sicut confessorius ad annum approbatus, & habens licentiam limitatam confessiones audiendi, & absolvendi ab omnibus peccatis (exceptis reservatis) est etiam quoad hæc virtute Cruciatæ, toto eo anno eligibilis, quia toto eo durat approbatio. Facultas autem omnibus diebus celebrandi, conceditur in Bulla Cruciatæ, ut constat ex illa clausula: * Puedan aun en tiempo de entrevicho Apostolico, ó Ordinario, oir Missa en las Iglesias, Monasterios, ó oratorio particular, fennalado, y visitado por el Ordinario, ó dezir Missa, ó hazerla celebrara otros en su presencia, y de sus familiares, y parientes. * Verba enim illa Bullæ Cruciatæ: * Puedan aun en tiempo de entrevicho, * hunc sensum habent: concedimus, ut in tempore prohibito, etiam ratione indulti Apostolici, possint in oratorio approbato celebrare, vel celebrari facere; atque adeo absque limitatione ulla, omnibus anni diebus: sicut & verba illa de electione confessorii approbati. * El qual los pueda absolver de qualesquier pecados, aunque sean de los reservados a la Sede Apostolica, (hunc sensum reddunt: qui possit absolvere)

absolvere à reservatis cumque superiori, imò & à reservatis Pontifici; quia vim hanc continet particula *etiam*, in utraque clausula posita: *Etiam tempore interdicti: etiam Sedi Apostolica reservatis*. Ut cum Manuel Rodriguez docet M. Gallego in *Bulla*, cap. 4. claus. 4. dub. 37. dicens: *Si se ponderant bien las palabras de la concession de la Bula, deben tener cuenta resolución todos los Doctores. *Sic ille, & merito, quia ut pluribus citatis, ait Barbosa. *Implicativa est hæc dictio *etiam*, & exprimit casum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem. *Sic ille, & omnes. Ergo ex eo quod virtute Bullæ liceat celebrare in oratorio, etiam diebus in indulto exceptis, non deducitur, elapso tempore concessionis, similiter licere.

15. Ex quibus concluditur, privilegium oratorii omnino expirare cum persona, cui fuit concessum, & ideo nec virtute Bullæ posse in eo ulterius celebrari, sed novam concessionem desiderari. Adnotare verò non omittere, perdoctum M. Barnabam Gallego ubi supra fol. 24. supponere expressam contineri in Bulla Cruciatæ exceptionem celebrandi in die Resurrectionis in oratorio; sed apertam equivocationem patitur, quia Bulla solum excipit hunc diem ad recipiendam Eucharistiam, ad implendum præceptum annuæ communionis: si vero antea præcepto quis satisfecerit, vel proponat postea satisfacere, nulli prohibetur bi celebrare, si sacerdos; vel celebrat facere virtute Bullæ, si laicus sit. Et ita docent communiter Doctores.

16. Denique est adnotandum, non esse audiendum Pellzarium in *Man. Regul. rom. 2. tr. 8. cap. 2. sect. 2. n. 153.* asserentem, concessionem oratorii transire quandoque ad hæredes personæ, cui concessum est: *Si concessio, inquit, fiat his verbis: *Ac de ipsius ordinarii licentia ejus arbitrio duratura, &c.* puto, talem concessionem durare, usque dum legitime revocetur. Nec obstat, quod concessio ista est personalis, atque adeò debet cessare per mortem ejus, cui facta est, &c. Nam bene hoc limitatur à Palao tract. 3. disp. 4. punct. 2. §. 1. num. 4. nisi in privilegii concessionem addantur verba, quæ perpetuitatem, ac transmissionem privilegii ad posterum denotent, &c. Quæ limitatio videtur procedere in casu nostro, stante quod concessio oratorii sit ad arbitrium Ordinarii; quod potest durare post mortem illius, cui fit concessio, eoquod durante durat concessio, ac proinde censeri debet, transmitti ad alios. *Hæc ille.

17. Verum levi motus fundamento, nam cum pro vita personæ, cui fit concessio, possit limitationem admittere, ita ut si Ordinario videatur, cesset oratorium, etiam durante vita talis personæ, non est cur clausula extensionem facultatis, & non potius limitationem continere dicatur. Nec credibile est, Pontifices, qui oratoria minuere, & licentias concedendi Nuntiis Apostolicis, & Episcopis revocarunt, intendisse, illis concedere facultatem perpetuandi oratoria semel concessa, & concessionem, quam temporalem oratores petunt, Pontificis voluisse reddere perpetuam, si Ordinarius non revocet. Indè enim fieret, cum in forma consueta indulgitorum omnium, clausula illa veniat inserta, & oratoria semel approbata nunquam ab Oratorio reprobentur, omnia fore perpetua; quod incredibile prorsus est, & mihi improbabile.

18. Ex alijs rejicienda etiam venit opinio M. Soti in 4. distinct. 13. quæst. 2. artic. 3. asserentis, si absit contemptus, & scandalum, non esse mortale, et-

iam absque necessitate, dicere Missas extra Ecclesiam, Sic tradit supra §. Circa hæc, ubi inquirimus. *Utrum celebrare in locis non consecratis, & benedictis, nempe extra Ecclesiam, sine Papa, vel Episcopi facultate, sit peccatum mortale? Societas citat. *Ad hoc respondetur primum. Quod de licentia Episcopi, etiam citra necessitatem. Quod de licentia Item ex necessitate, etiam sine licentia Episcopi, ita tenet Sylvest. verb. *Missæ* §. 5. *quæst. 1. licentia* haberi potest, concedit, ut petatur. Quoniam non opus est magna necessitas, ut peccatum mortale excusetur, &c. Imò verò attende lectorem, qui nullum contempnit, vel scandalum, vix arbitror, posse contingere peccatum mortale per celebrationem extra Ecclesiam. *Sic ille. Cujus sententiam absolutam putat Suarez *rom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 3.* & communiter Doctores, Navar. *cap. 25. num. 22.* & alii, quos citatos sequitur Diana 2. part. tract. 14. resp. 36. & Leander *rom. 2. tract. 8. disp. 7. q. 15.* militat enim contra præceptum Ecclesiæ cum obligat sub mortali, ut Missa non celebretur extra Ecclesiam, vel oratorium ad divinum cultum dicatum, & ab Ordinario designatum. Quod caput. Nullus præceptor sub comminatione depositionis: & cap. *fiat, de cons. disp. 1.* urgentissima necessitas exigatur; dicitur enim non licere extra Ecclesiam celebrare, nisi summa supervenerit necessitas. Cum autem materia gravissima sit, non est unde violatio præcepti à mortali excusari queat. Alias quilibet absque ullo privilegio, posset absque ulla in sua privata domo celebrare, vel celebrantur: quod falsissimum, & valde abutendum est. Imò cum Sotus asserat, ex necessitate hoc licitum esse, ne venialiter peccaret, qui celebrare faceret, si peccaret infirmitatem domo exire non posset, quæ ad excusandum à veniali major necessitas non videtur necessaria. Quod si semel concedatur, aut nullus, aut ad tollendum tantum scrupulos, oratorium indultum obtineretur, cum Pontifex pro hoc tantum casu, ut in plurimum illud concedat.

Q V Æ S T I O III.

Utrum Regulares possint, in oratorio non approbato ab Ordinario, vel in altari portatili, in domibus privatis secularium, virtute suorum privilegiorum celebrare?

1. Notissimum est privilegium Regularium à Honorio III. indultum, quod habetur in his de Privilegiis Ubi sic eis conceditur: *Cum tribus Prædicatoribus, & Minoribus duraturum indulgendum, ut ubicunque fuerint, sine Parochialis juris præjudicio (nimirum quoad exactionem decimarum, & primitiarum) cum altari valeant voto celebrare. *Idem privilegium concessit Paulus III. Societati Jesu, anno 1549. in Bulla, quæ incipit: *Licet debitum Pastoralis officii*, ibi: *Licetque præpositis, & de eorum facultate, universis fratribus, & locis Societatis hujusmodi, in presbyteratus ordinem constitutis, in locis in quibus degunt, & ad ne constitutis, in locis in quibus contingit, habere oratorio pro tempore morari contingerit, habere oratoria, & in eis, ac quocunque alio honore

& congruenti loco, in altari portatili celebrare. *His politis.

2. Disputant Doctores, an præfatis privilegiis derogatum sit per Tridentinum? Multi absolute affirmant; plures tamen probabilius negant, asserentes, vim suam modo retinere, dummodo Episcopi celebrare non prohibeant, quibus libens assentior: Quia ex Tridentino nil aliud contra illa deducitur, ex dicendis constabit.

3. Hanc sententiam tradit M. Petrus de Ledesma in Sum. 1. part. de Euchar. cap. 20. diff. 4. post 2. conclus. Ubicite: "En esta dificultad se ha de suponer, q' ay privilegio para los Religiosos Predicadores, y para los de la Orden de san Francisco, (quibus alii Ordines per communicationem petriuntur) que puedan decir Misa fuera de la Iglesia en lugar honesto, y decente. Este privilegio refiere la Suma Angelica, y se haze mención del en el decreto. Esto supuesto como cosa cierta, digo, que antes que el Obispo mande a los tales Religiosos, que no celebren fuera de la Iglesia, no pierden el tal privilegio, sino que pueden muy bien usar del; porque el Concilio Tridentino tan solamente manda a los Obispos, que no permitan, &c. Luego antes que lo prohiba el Obispo, pueden muy bien decir Misa fuera de la Iglesia."

4. Cum Ledesma sentit M. Ludovicus Lopez 2. 2. in fructu cap. 79. §. Caterum accessorium. Ubi sic scribit: "Nihilominus tamen dicendum videtur, quod licet decretum Tridentini prædicto privilegio videatur derogare: tamen hoc est certum, quod antequam hoc Episcopus prædictis Religiosis prohibeat, mandans, aut statuens, ne celebrent extra Ecclesiam, non amittunt hoc privilegium, quia Concilium non annullat, antequam mandet Episcopus. *Hæc M. Lopez.

5. Pro eadem militat M. Joannes de la Cruz in Epit. lib. 2. de Privilegiis circa Euchar. cap. 5. dub. 7. conclus. 4. Ubi ait: "Religiosi ubique, etiam in privatis domibus secularium, possunt Missas celebrare. Ita concessit Minoribus Sixtus Quartus, &c. Si obicias decretum Tridentini, ad hoc dico, quod Concilium aliquo modo revocavit ista privilegia. Licet enim Religiosi antequam ab Episcopo moneantur, possint uti prædictis privilegiis, non tamen post monitionem, quia in Concilio sic dicitur: Non patiantur Episcopi, quod Sacerdotes, etiam Regulares, in domibus privatis, & omnino extra Ecclesiam, vel oratoria, &c. celebrent. Ergo dum Episcopi illud non vetant, poterunt Religiosi ibi celebrare: secus tamen erit post prohibitionem. *Sic M. Cruz.

6. Quibus adde Man. Rodriguez tom. 1. Quæst. Regul. quæst. 43. art. 3. & 5. Partell. de Dubiis Regul. tom. 1. verb. Altare, num. 1. Villalobos in Sum. tom. 1. tract. 8. diff. 33. num. 7. Ludovic. de S. Juan de Sacrament. Eucharist. quæst. 12. artic. 3. dub. 2. append. 1. Cardinal. de Lugo de Eucharist. diff. 20. sect. 2. numer. 51. Ubi addit: "Et ita sentierunt Patres Dominicani doctissimi Salmanticæ consulti, & P. Joannes de Salas, & alii recentiores. *Ita etiam tradit Diana part. 6. tract. 8. resol. 39. & plures apud illum. Quibus consentit Dicastillo de Sacrament. tract. 5. de sacris Missis, diff. 4. dub. 5. num. 104. dicens: "Tridentinum non tollit privilegium, sed facultatem dat Episcopis prohibendi Regularibus, ne celebrent extra Ecclesiam."

7. Et post omnes, id magis explicans Thomas Hurtado tom. 2. tract. 12. cap. 1. num. 221. & 225. Ubi sic: "Duplex est privilegiorum genus: primum, quo conceditur Regularibus, ut etiam in Ca-

meris secularium, in altari portatili, in loco decenti, & honesto, possint celebrare. Quæ privilegia confirmavit Honorius III. cap. bis, de privilegiis. Et concessit iterum Paulus III. Patribus Societatis, anno 1549. Et hæc mihi videtur certius non esse derogata, sed eis non posse uti Regulares, si Episcopi contradicant. Quare sicut antea in consilio Episcopo id poterant, ita hodie ignorante Episcopo, seculis scandalo. Ita Portell. Ledesma, Joannes de la Cruz, Marchinus, Rodriguez, Villalobos. *Hæc Hurtado: cuius sententia, tam à ratione, quam ab auctoritate valde probabilis est.

8. Addunt alii, etiam prohibente Episcopo, posse Regulares modo, in altari portatili, ubique celebrare; eo quod à Pio V. revocatum fuerit præfatum Tridentini decretum. Sic refert, non reprobandus M. Ludovicus Lopez ubi supra, dicens: Aliquibus peritis visum est, quod si post Bullam Pii V. de nova concessione privilegiorum, id statuunt Episcopi, non ligant Mendicantes, quia ablata est eis potestas ligandi Mendicantes, non obstante Concilio Tridentino. Sed quia Gregorius XIII. Regulares omnes, etiam Mendicantes, dispositioni sacri Concilii Tridentini reducit; propterea, quod Episcopi modò, ut delegati Papæ, non possint statuere, quod Regulares non celebrent extra Ecclesiam, non est certum, nisi de novo id privilegium, non obstante hac sessione Concilii Tridentini, fuerit concessum, de quo mihi non constat. *Hæc M. Lopez, qui satis innuit, contrarium esse probabile, dum contentus est dicere, hoc non esse certum.

9. Quod à fortiori sustinere debent, qui asserunt, præfatum Gregorii XIII. Bullam non fuisse promulgatam, neque intimatam. Navarrus in Manual. cap. 27. Manuel Rodriguez in Addit. ad Sum. tom. 4. cap. 105. & alii apud Henriquez libr. 7. de Indulgent. cap. 24. num. 8. in fine. Quapropter Mag. Antonius de Hinojosa ex doctissimo Predicatorum Ordine in direct. decisio. Regul. verb. Confirm. à fol. 121. pluribus suadere contendit, Regularium privilegia eandem modo vim habere, ac ante Tridentinum: Verba ejus sunt. "Idem Pius V. motu proprio, anno 1570. die 18. Januarii, de novo concessit Ordini Predicatorum omnia privilegia à suis prædecessoribus indulta, & voluit illa pro expressis haberi, non obstantibus aliis quibuscumque Apostolicis, ne non Provincialibus, vel Generalibus constitutionibus, &c. Ex quibus constat, nos reductos ad pristinum statum, quo ante Concilium Tridentinum privilegiis nostris in amplissima concessione potiebamur. Quia de novo conceduntur, non obstantibus constitutionibus generalibus, vel specialibus Apostolicis. *Hæc Hinojosa.

10. Propter hæc forsitan Mag. Serra in 3. part. quæst. 83. art. 3. asserit prædictum privilegium celebrandi extra Ecclesiam in Cameris secularium, vel in alio loco decenti, concessum esse aliquibus Religiosis post Tridentinum, quo proinde reliqua per communicationem frui poterunt. Quod an verum sit, aliis judicandum relinquo. Ego enim, dum tale privilegium non ostendatur, suffragium non feram, quia apud nullam Religionem est in usu, nec facile credam, ullum Regularem atus fuisse, contradicente Episcopo, illo uti.

11. Quod verò possint Regulares in gradibus suis, & in cellis particulatibus, in altari portatili, celebrare, etiam si Episcopus contradicat, minus difficile est. Et probabile putat Lezana tom. 3. Quæst. Regul. verb. Altare, num. 14. & ante illum M. Joannes de

la Cruz, ubi suprà lib. 2. capit. 5. dub. 7. concl. 2. Ubi ad locum Concilii respondet: *Dico, quod ibi tantum interdicitur, quod in domibus privatis non erigantur oratoria, &c. Secus in grangiis Monasteriorum, ut patet ex contextu, &c. Oratoria enim, & altaria portatilia in grangiis, & infirmariis Religiosorum ab istis erecta, non censentur esse omnino extra Ecclesiam, quia secundum Doctores communiter, nomine Ecclesiae, Monasteria intelliguntur: *Sic ille, & idem sentiunt Peyrinus, & Rodriguez apud Lezannam supra. Qui non solum de infirmariis, sed de cellis etiam Religiosorum idem affirmat, dum morbo gravati non possint inde exire, ut sacrum audiant. Eo quod ejusmodi loca non sunt privata, & profana domus, sed decentia, & honesta. Quibus adde perdoctum Thom. Hurtado rom. 2. resol. Moral. tract. 12. cap. 1. num. 122. fol. 480. ubi asserit, concessum fuisse à Gregorio XIII. & ab Alexand. VI. in Bullis editis, ut regulares possint in propriis Grangiis, & domibus ruralibus, & in Monasteriis, in cubiculis particularibus infirmorum, erigere oratoria, ut etiam de lecto possint audire sacra, & communicare. *Quod inquit, certissimum est, non esse derogatum per Tridentinum. *Pro quo adducit Compend. Minorum, & Societatis, Rodriguez, Villalobos, Marchinum Ludovicum de S. Juan, & alios.

12. Addit Pasqualigus, Regulares virtute hujus privilegii à Gregorio XIII. post Tridentinum concessi, posse (Episcopo etiam contradicente) si infirmi sint, extra Ecclesiam celebrari facere in domibus secularium in suis cubiculis. Sic tradit decisio 177. Et quamvis Hieronymus Garcia, & alii existiment, hoc privilegium non esse in usu, id parum refert, quia hujusmodi privilegia per non usum non deperdi, est doctissimi morum sententia, quos citavi opus. pro Iesu. in tract. de Iejun. prop. 7. num. 8. & 9. Præterquam quod, ut ait M. Joann. dela Cruz in Epitom. lib. 2. capit. 5. dub. 2. conclus. 2. *Privilegia etiam per non usum revocata, jam sunt per Paulum V. revalidata. *Ergo virtute prædicti privilegii de novo concessi post Tridentinum, poterunt Regulares infirmi extra claustra in domibus secularium facere celebrari, nec Episcopi poterunt id prohibere, etsi prohibeant, non ligabunt.

13. Ad hæc facit privilegium aliud Pauli V. quod concessit Canonicis Regularibus sancti Salvatoris Lateranensis, ut possint erigere altaria in locis, ubi audire possint. Quo Regulares alii per communicationem privilegiorum gaudent. Hujus privilegii notitiam videtur apud P. Henao in rom. de scientia mai. fol. 445. & apud Pasqualigum quæst. 471. de sacra. nova legis, num. 7. Propterea.

14. Hæc sententia probabilis est, & ad præsumptum scrupulo reduci potest. Addo Gregorium XIII. in Bulla, quæ incipit: *Dilectissimi*, anno 1579. die 1. Octobris concessisse etiam usum altaris portatilis ad Missiones Patrum Societatis, cujus suprà meminimus, & est tenoris sequentis: *Usus altaris portatilis Societati vestræ à Paulo III. concessum, deinde à Concilio Tridentino universè sublatum, restitui, & inter Missiones, quæ à superioribus sunt, præsumpti vestri, servata alias forma prædictæ concessus, M. I. hæc sacrificium licite valeant celebrare superiusmodi altare, ubique gentium, etiam in cultu militum, modo loca, etsi communia, & profana, tuta, & honesta sint, & Generalis, ut per eum Provinciales Præpositi eo utendum fore, judicaverint. *Sic ibi.

15. Ex dictis constat, Patrem Miscatenbastum, de Sacram. tract. 3. de sacrificio Missæ disp. 5. cap. 5. & 6. nescio quodam Lugillatum) parum indoluisse Regularibus, dum asseruit, virtute suorum privilegiorum posse celebrare in oratorio erecto ex licentia Pontificis, cum approbatione Ordinarii, etiam extra tempore præfixo, (quod virtute Craciata ferè p. illi docent plures citati quæstiones præcedent) cum illa concedere potuisset, tot Doctorum p. trocum notitiam posse absque nova licentia, & absque illa Ordinarii approbatione erigere altare, & non contradicente Episcopo, in eo celebrare, & licet secundum plures, quandoque, ut vidimus, etiam si contradiceret. Recolle superius dicta.

